



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

asperis jeunijs, vigilijs, lachrimis effusis ita de-
leuit, ut *Diuorum illi post mortem triumphus à Pa-
schali Pontifice decretus sit, celo PONTIFICIS fa-
ctum signis approbante. Eginhardus, Bauaria sancta,
Canisus, Chapeauille.*

XXVIII.

DEfert & MVNDA in *Satrapia IULIACENSI*
annuum honorem S. IRMVNDO *Confessori*
Patrono suo. Sanctus hic ex pastoriciâ simplicitate,
quasi alter AMOS, ex latebris vicinæ olim Sil-
vulæ prodiens, publicum communitatis gre-
gem pascendum suscepit, ut eâ occasione ru-
diores Diuini verbi pabulo pasceret. Aperuit
*merita eius annus M. DC. II. cum Batavus miles, va-
stato Luxenburgensi agro, per IULIAM ad suos*
rediret, inter alias vitæ militaris insolentias,
etiam templum in MVNDA diripuit, imagines
altaribus impositas disiecit, sacris se Sacerdo-
tum vestibus induit, funeribus consueto campa-
narum sono signum dedit, & statuis funeris ri-
tu, in Sanctorum ludibrium circumlatis eas
medio in templo flammis absumpsit (*Vestigijs*
etiamnum remanentibus) quas inter S. IRMVNDI
eiusque tumba, in qua quiescebat, Dei tamen

virtute vim suam igne exuente, tumbâ inquam omnino consumptâ, *ossa eius vniuersa*, sicut & *Byssus ipsa*, quâ tenebantur, *medijs in flâmis integra prorsusque intacta* (hæreticis ipsis attonitis) mansêre. His insuper accedit relatu dignissimum, *eundem sanctum IULIAM astate multorum mensum siccitate vexatâ liberâsse*; cum enim homines pedesque extremâ siti ob aquarû penuriâ laborarêt, abiectus in preces firmâ fide, pullatâ pastoricio pedo terrâ, fontem ægris hominibus armentisque salutarem excitauit: qui & hâc nostrâ memoriâ eius passim nomen retinet S. Irmundi puteus (vulgò *Sanct Irmunde Psûz*) dicitur cuius aqua, anno & ampliùs in vase retenta, incorrupta perseuerat. *Ex publicis eius iudicij Irmundani tabulis, et Bolando.*

XXX.

EMBRICA Anniversarium agit S. ADELGVN-
DIS, eius Propositis Reliquijs: S. Regis &
Martyris BASINI Filie, in Truncinio extra Gandavum, juxta Regem Patrem sepultæ. *Canis. Martyr.*

Sensit & quoque sub jdem tempus
Fatalem mortis ictum IULIÆ Comes ALEX-
ANDER eius nominis Primus, & 29. Leodiensium
Princeps, cuius regiminis initia, bella excepere
Comitis